



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

LIII. Christophorus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

logo Ioanne Eckio, cui promulgatio Pontificiæ Bul-
læ iniuncta fuerat.

De eodem Gabriele Episcopo Eckius in Oratio-
ne fonebri. *Hoc mirandum occurrit in Reuerendissimi no-
stri Principis Episcopatu. Quod cum ipse quinquagesimus pri-
mus fuerit (ita numerat Eckius) in ordine Episcopus à san-
cto VVillibaldo & nullus ante eum annos regiminis VVillibal-
di XXXVI. attigerit, adeo, ut sicut de Romano dicunt Ponti-
fice; Non videbis annos Petri (scilicet 25.) sic Episcopo Eystet-
tensi dicebant; non videbis annos VVillibaldi. Et tamen no-
ster Gabriel, licet in prouecta atate ad regimen assumptus,
puta circa quinquagesimum etatis annum, tum viuacissimus
ipse tribus ferme annis S. VVillibaldū superauit. Hęc Eckius
in Oratione, qua Gabrieli parentauit.*

Idem Gabriel, ut & plures alij Episcopi, Principes
politici / & Ciuitates, anno Domini M. D. XXXV.
foedus ad nouennium inierunt cum Carolo V. Imp.
& Ferdinando Romanorum Rege; cum enim vis &
violentia improborum in Imperio quotidie inuale-
fceret, consultum duxerunt, ut plurimum coitione se
aduersus nefariorum machinationes communirent,
scriptis etiam non paucis totius confederationis le-
gibus, quas manuscriptas legi; nescio num typis excu-
sæ existent.

fo
fo
LIII. Christophorus.

Huius electio, gubernatio & mors his verbis in
Pontificali describuntur. *Reuerendus Pater & Dominus
Christophorus ex Marschalckis in Bappenhaym S. Rom. Imp.
ensiferis hereditariis, patre VVilhelmo Equite Aurato, &
Magdalena à Rechberg prognatus, cum à Patruo suo Gaspare
Marschalcko Canonico Eystettensi, bene educatus à puero,*
&

& canonicatu ibidem, prater ea etiam à fratre VVolffgango,
 Canonicatu in Ecclesia Constantiensi donatus esset, & utro-
 que in loco ita se gessisset, ut de probitate sua, & quam habe-
 bat erga decorem domus Dei cura, magnam apud plerosque
 expectationem concitasset, qua commendatior etiam erat,
 quam eruditionis opinione; defuncto Reuerendo Patre & Do-
 mino Gabriele, in Episcopum Aystettensem LILLIAM Presby-
 ter declaratur, sub finem Decembris anno Domini M. D.
 XXXV. Is cum religionis studiosus esset, & animaduertit
 temporum vitio, pralatorumq; negligentia disciplinam Ec-
 clesiasticam collabi, & cultum diuinum in templo Dei segnius
 curari, indeq; in vulgus offendicula quotidie emanare pluri-
 ma, in hoc cum primis incubuit, non modo crebris admoniti-
 nibus, sed suo quoque exemplo, ut Clerum in officio, ad populi
 Christiani adificationem, contineret: Eamq; ob causam festis
 diebus in templo Cathedra sua diuinis officiis, etiam antelu-
 canis frequens interfuit. Benedictionem solennem imperti-
 tus est Margaretha de Seckendorff Abbatissa S. VValburgae.
 A sede Apostolica magnis sumptibus impetrauit, ut Praepo-
 situra S. Viti Hernriedensis, assignato Praeposito ibidem tre-
 centorum florenorum stipendio, mensa adunaretur Episcopa-
 li, & Canonicatus Chori S. VVillibaldi, à Curialibus in poste-
 rum tuti, à solis Episcopis Aystettensibus conferrentur. Et
 cum egregia multa meditaretur, quibus Ecclesiae curā, quam
 habebat singularem, testatam reliquisset, è spe mediare rerum
 gerendarum, morbo, quem ex iracundia conflasse videbatur,
 correptus, prater omnium opinionem, quod in corpore proce-
 ro & robusto, bonā elucebat habitudo, vigenti adhuc aetate,
 annum agens XLVII. constituto tamen prius anniuersario
 (ut vocant) suo, è viuis sublatus, & ad latus supradicti patris
 sui in sinistra chori parte sepultus est. Anno Domini M. D.
 XXXIX. die XIX. Iunij.